

~~118~~ Quid doceat scriptura.

Is 53, 4: Vere languores nostros ipse tulit et dolores nostros ipse portavit ~~Is 53, 4~~, et nos putavimus eum quasi leprosum et percussum a Deo et humiliatum. 5. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra, disciplina pacis nostrae super eum, et livore eius sanati sumus. 6. Omnes nos quasi oves erravimus ~~Is 53, 6~~, unusquisque in viam suam declinavit, et posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum. 7. Oblatus est quia ipse voluit et non aperuit os suum, sicut ovis ad occisionem ducetur, et quasi agnus coram tondente se obmutescet et non aperiet os suum. 8. De angustia et de iudicio sublatus est. Generationem eius quis enarrabit? quia abscissus est de terra viventium; propter scelus populi mei percussus eum. 9. Et dabit impios pro sepultura et divitem pro morte sua, eo quod iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore eius. 10. Et Dominus voluerit conterere eum in ~~infirmis~~ infirmitate. Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longaevis, et voluntas Domini in manu eius dirigetur. 11. Pro eo quod laboravit anima eius, videbit et saturabitur. In scientia sua, <sup>iustificabit</sup> ipse iustus servus meus multos et iniquitates eorum ipse portabit. 12. Ideo disperetiam ei plurimos, et fortium dividit spolia, pro eo quod tradidit in mortem animam suam et cum sceleratis reputatus est, et ipse peccata multorum tulit et pro transgressoribus rogavit.